



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De praelatorum aliorumq[ue] curatorum vita vitiosa. Cap. 21

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

& j. c. 21. §. 11 dei honorem. Maclat, quia subditos comprimit in temporalibus, & perdit animas ouium aternaliter. Idcirco sanctus Laurentius apud Birgittā cuidam episcopo nuntiari fecit, dicens: Conuertat se citius episcopus ad diuinam charitatē, corrigendo seipsum & subditos suos, alioquin sentiet manū iudicantis, & ecclesia sua igne & gladio purgabitur, rapina, & tribulatione affligetur intantū, q̄ in longa tempora non erit, qui consoletur eam. A futuris utinā afflictionibus misericordissimus deus hancine nostrā clementer præseruet ecclesiam, quæ (prohdolor) nonnullis præscriptorum excessum deprauatur incommotis.

1. Birg. 25

j. ca. 21. §. 14

Psal. 68
Thren. 1.

XV § Cum Catharina igitur Senensi supplices oremus. Exaudi nos deus clamantes ad te, Dirigas corda & voluntates ministrorum sanctæ matris ecclesie sponsæ tuæ, vt non consueto suo more, sed cœlesti tuo rore sequantur Christum agnum saginatum, pauperem, mansuetum, & humilem, sint digni ministri sacrificiorum sicut angeli terrestres, non sicut bruta ad hæc inepta. Transfer eos à mundi affectu in tui amorem, vt mundum derelinquant, teq̄ sequantur, sint fidei zelatores atq; virtutum, relictis fallacibus cupiditatibus, ac huius seculi pompis. In ipsis deniq; ministris, inq; suis subditis ecclesia tuo sanguine ædificata, sed nōstro crimine ruinosā, reformetur.

Cat. Se. ora
tione. 2. 56.

§. c. 15. §. 43
& j. c. 34 § 5
§. eo. §. 8. &
j. ca. 23. §. 15.
§. c. 19. in fi.
& j. c. 32. §. 8
in fi.

¶ De prælatorum, aliorumq; curatoꝝ vita vitiosa. Cap. XXI.
Curatorum status succedit statui septuagintaduoz̄ discipuloꝝ, & figuratus est in lege veteri per Leuitas, quoz̄ officium fuit portare archam domini, & psalmos canere, ad quos Ezechias dixit: Audite me Leuitæ sanctificamini, emundate domum domini, qui vos legit, vt stetis coram eo, & ministretis illi. Leuitæ quippe faciliorixitu sanctificabantur q̄ sacerdotes. Hos aut̄ deus delegit, vt ei ministrēt & benedicāt in nomine eius. Nam olim ad verbum sacerdotū omne negotium pendebat, & hostiæ immolatio ad eos pertinebat, hodieq; pertinet, ideo in eis singularis requiritur puritas. Regimen illud per animas, ad finem vltimū dirigendaz̄, per vitæ informationem & sacramentorum administrationem, ad curatos spectat, licet partim etiam ad religiosos, qui in vinea domini laborant. Vineam vero domini, domus Israel est. i. ecclesia. Sed heu multi pastores demoliuntur vineam Sabaoth & ponūt eam in desertum. Et ita fit sterilis vinea in agro dominico.

2. Reg. 15
2. paral. 5. 7

§. ca. 16. §. 4
& j. c. 22 i p.
§. c. 11. i. pri.
& j. eod. §. 5

Deut. 21.
Leuit. 14
Cat. Se. c. 113
Esa. 5. Hie. 12
Iohel. 1.
Malach. 3
Mat. 24

I § Hinc querit dominus, quasi indicans raritatem bonorum curatorum dicens: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Quæ sententia dominus docet, vt prælatus præ se ferat conditiones sex. Primo, vt sit fidelis in ore, corde, & opere. Secundo humilis, non contendat præcedere tanquam maior, sed iuxta diuinum præceptū, sequatur tanquam minor & ministrator. Et quanto magnus est, tanto sit humilior. Tertio, sit prudens, & diligenter agnoscat vultum pecoris sui, gregesq; suos consideret. Quarto, sit syncerus, non solum iustus videri, sed etiam esse velit, quia ipsum constituit dominus, ideo ambitiosus vel hypocrita esse non debet. Quinto, sit bonus pater super familiam suam, eam visitando, consolando, & corrigendo. Sexto, prælatus sit frugi, suis subditis dando cibum corporalem, spiritualement & exemplarem.

Luc. 12

§. c. 20. §. 12
& j. c. 22 § 11
Delibel, of-
ficij, condi-
tione. 11.

Luc. 22
Ecci. 3
Prou. 27
Ioh. vlt.

II § Præterea curati præcipue debent esse intenti orationibus, & hostias offerre, prius pro suis delictis, deinde interpellādo pro populo, cuius peccata comedunt, quia ea suis precibus delere tenētur, atq; orare pro oibus quoz̄ elemosynas & oblationes accipiunt. Nempe deus bonos & malos ad dignitates quotidie vocat, vt omnis qui officium tenet cū vita, gloriatur in æterna vita, qui vero honorē habet absq; onere, gloriatur ad tempus, periturus in æternū. Multi quidem sunt vocati, pauci vero electi, quia ingrati gratiæ dei, quoz̄ corda & mores longe sunt à deo, licet in ecclesiis habitent. Vnde ex malo laico fit malus clericus vel monachus. Rursus, ex prauo clerico vel monacho fit impius prælatus.

Heb. 7
1. q. 1. ipsi
Di. 36. c. fi. 10
q. 1. quia,
3. Birg. 19. 27

§. c. 11. §. 5 &
j. ca. 23. §. 14
§. c. 15. §. 26.
& j. c. 29 § 5

Matt. 20. 22
Ca. Se. c. 129
post prin.

III § Eligendi ergo sunt sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege dei. Modernis autem temporibus pauci canonice & absq; ambitione eliguntur, quin plures prælati, aliq; beneficiati, per reges & principes illegitime cōstituant

1. mach. 4

DE PRAELATORVM VITA VITIOSA.

- stituuntur, imò vel ambitiose, simoniaceq; intruduntur, & per pontifices confirmantur contra priuilegia ecclesiarum & concordata Germanica, contraq; omnem iustitiam. Porro pontifices suos cocos, tributarios, stipendiarios, & stabularios frequenter animarum curæ ac dignitatibus præficiunt. Exin pristina prælatorum sanctitas (inquit Vbertinus) paulatim decreuit & ruere incepit per ambitiones, s. per pompas & simonias, per illegitimas electiones & auaritas, per multiplicatione & superfluitate temporalium, per carnales suosq; promotioes, per negligentia diuinorum cultuum, & per alia aperiò peruersa, propter quæ tanq; subiecta præambula & male disposita, diabolus aduersus præsentem ecclesiam statum est solutus & permissus inducere suppressiones iniquas. Sicut Iason & Menelaus, Alchiminus, & cæteri synagoga cecidit, sic in ecclesia multi plati vitiosi, aperiètes viâ aduersitatibus, pcedunt ecclesiasticæ dignitatis casum, & ipsius ecclesiæ latinq; ruinam, donec veniat mixtus Antichristus, de quo inferius habebitur.
- Vbertinus** § Porro nullus hodie in assumendis pastoralibus sarcinis, in curaq; animarum sufferenda, de qualitate plebis, cui præesse expedit, de moribus aut vitiis interrogat. Nullus prælatus de regulæ in monasterio suscipiendo obseruatione, de cerimoniarum cultu, de religiosorum disciplina cunctatur, nulla prorsus de subditorum salute aut ædificatione mentio habetur. Sed de prouentuum dumtaxat vbertate quæritur cautissime, quantam scilicet beneficii possessor abfuturus annuam pensionem consequi valeat. De huiuscemodi curatis Vincentius exclamando, dicit: O quanta nunc est obduratio in ecclesia dei, prælati sunt superbi, vani, pomposi, simoniaci, avari, luxuriosi, qui finem in terrena mensura ponunt, curam ecclesiasticam negligunt, sine charitate, gulosi, pigri, quia nec celebrant, nec prædicant, sed scandalizant, ac sanctæ matris ecclesiæ prouidentiam contempnunt, qua præcipitur, vt ecclesiarum rectores, qui verbo præesse non possunt plebibus, viros idoneos ad prædicationis officium salubriter exequendum assumant qui plebes sibi commissas vice ipsarum verbo ædificent & exemplo, quibus congrua necessaria subministrant, ne pro necessariorum defectu compellantur destitute ab incepto. E contra prælati, alijq; curati solliciti sunt, vt suas vices & ecclesias comitant illis, quos non in pascendis ouibus, sed in tondendis, mactandis, imò in excoriandis peritos nouerint, ceu mercenarijs, à quibus temporale lucrû & annuum censum augeri gaudent & fomenta suæ auaritiæ accumulunt. Sacerdotes autem conducti dumtaxat in mercede docent.
- V** § Flebilis (prohdolor) atq; nimis infelix est status ecclesiæ, cuius custodes stant ad molam cupiditatis, & sunt quasi locustæ, quæ confidunt in sepibus in die frigoris, & sole oriente auolant. Ad quos dominus: Dedi vobis terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vineas & oliueta quæ nõ plantastis, nunc ergo timete dominum. Vnde Christus apud Birgittam inquit: Via quam ego ipse ostendi, & per quam amici mei longo tempore incedebant, nunc dissipata est. Dormitant em̄ pastores & custodes ecclesiæ, transeuntes delectantur vanis & nouis, ideo exurgam & non tacebo, auferam vocem gaudij & locabo vineam meam alijs, qui facient fructum tempore suo. Et infra: Ecclesiarum prælati pleni sunt superbia, cupiditate & putredine corporalis delectationis cõtramãdata dei, & statuta ecclesiæ, præbêtes subditis mala exempla, ideo oportet me ab eis exigere iustitiam, in inferno perpetuo cruciandis. Et infra: Supra colla prælatorum, qui pro vana gloria magnos equos ascendunt, sedent diaboli & suis calcibus peçtora eorum impellunt.
- VI** § Nihil deniq; ita prouocat deum ad iram & homines ad peccadum, sicut lasciuia prælatorum, in quibus hodie verificatur illud propheticum: Vides quæ seniores domus Israelfaciunt in tenebris, vnusquisq; in abscondito cubilis sui, dicunt em̄: Non videt dominus nos. Et infra: In domo domini mulieres sedebant plangentes Adonidem (qui fuit Amasius Veneris) Seniores replètes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me, dicit dominus, & ecce applicant ramum ad nares. Et infra: Sacerdotes contempserunt legem meam, & polluerunt sanctu

§.c.20. §.11
& §.c.23. §.2

§.c.17. §.17

§.ca.42. §.3

§.ca.19. §.4

& §.eo. §.14

& §.c.57. §.2

§.ca.22. §.4

§.c.23. §.4

§.c.23. §.10

§.ca.18. §.4

& §.c.23. §.2

§.c.24. i. pri.

§.ca.23. §.14

§.ca.25. §.13

in prin.

§.c.15. §.36

& §.eo. §.11

& §.c.23. §.2

§.eo. in pri.

& §.c.43. §.2

vsq; ad. §.5

§.eo. §.7. &

§.c.23. §.8

sanctuaria mea. Et alibi: Sacerdotes polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Item: O sacerdotes offertis super altare meum panem pollutum, munus non sulcipiam de manu vestra. Et infra: O sacerdotes si nolueritis audire, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris. In Alemania me Hercle pauci sunt curati, qui non forore concubinitus marcescunt.

VII § Nequaquam igitur hi, qui iram dei vna cum Christo placare deberent, per sua sacrificia mitigant, sed magis contra se excitant diuinam iustitiam, in suos quoque subditos plagam acerbam prouocant, non abigunt, quia cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, & sic subditis auctor ruinae. Quamobrem is, quem crimen deprauat proprium, non potest intercessor fieri pro culpis aliorum. Scriptum est enim: Victimae impiorum abominabiles domino sunt, & sanctorum ad deum orationes impediunt. Ecce ipsi sacerdotes in grauibus peccatis positi, dum suis premuntur, aliena non diluunt, sed potius maculant. Hinc beata Maria ad Birgittam ait: Ego iam sto super mundum cum oratione mea assidua ad meum charissimum filium, sicut arcus, id est iris super nubes caeli, qui ad terram inclinari videtur cum utroque fine, sicut mundi habitatores me inclino, ad bonos ut stabiles sint, ad malos autem, ut conuertantur. Sed contra arcus claritatem surgunt horribiles & tetræ nubes, utpote clerici fornicarij, auari pecuniae, & prodigi ad pompam mundi, quorum peccata ascendunt ante dei conspectum contra orationem meam uti tetræ nubes contra clarum arcum caeli. Et sic qui vna mecum deum placare deberent ipsi iram eius contra seipos excitant.

VIII § Christus in super apud Birgittam inquit: Tria facinora exercent ecclesiae prouisores: In carne vitam meretricalem habent. Secundo sunt insatiabiles similes voragini maris ad cupiditatem pecuniae. Tertio bona irrationabiliter & prodigialiter, sicut torrens in impetu suo aquam fundens, pro superbia largiuntur. Quorum horribilia peccata in caelum ascendunt ante conspectum dei contra orationem meam sicut tetræ nubes contra claritatem aeris. Et infra: Redditus ecclesiae non dignis dei seruitoribus dantur, sed diaboli satellitibus, leonibus, fornicarijs, lusoribus, venatoribus, parasitis, & similibus. Et ita domus dei facta est diabolo tributaria & homagiata. Et infra: Abbas extra monasterium morari non deberet, ut esset caput & speculum religiosorum, sed est caput meretricum, habens spurios, deberet esse exemplum pauperum & distributor indigentium, sed de elemosyna ostendit se esse magni domini, quia potius inhabitat castrum quam claustrum, deberet esse doctor & pater fratrum, sed est eis seductor & vitricus. Nam ipse in delicijs ac pompa ludit, dum illi afflicti murmurant tota die.

IX § Praeterea deus maximus ad Catharinam Senensem inquit: Praelati sunt veluti lucernae super candelabrum positae, ministratores veri solis in lumine virtutis bonaeque vitae, sed ipsi ministrant in tenebris, non intelligentes sacram scripturam, nam vacui sapore diuino, replentur immunditia, inscitia, cupiditate, curiositate & auaritia. Quo minus bona fronte subditos informare vel de criminibus corrigere valent, obiecturi eisdem, Medice cura te ipsum, postea mihi praebere medicinam, tu enim grauiore morbo laboras quam ego, & me arguere contendis. Et infra: In eligendis praelatis non inquiritur de vita, honestate & humilitate promouendorum, sed de altitudine nobilitatis, vel ditionis, vel eloquentiae, vel scientiae mundanae, quae in praelato peruerso est sicut gladius in manu nauis furiosi. Atqui communiter ad praelaturas intrant ambitiosi, symoniaci, aut aliter vitiosi. In domo itaque dei mendacium regnat, non veritas, non humilitas, sed superbia, quae est detestabilior in ministris Christi usque ad mortem quondam humiliati. Item ecclesiarum rectores incumbunt inanibus temporalibus, non doctrinae veritatis, ad quam destinati sunt ut animas immortales curent in domo orationis. Nempe ipsi spiritualiter mortui sepeliunt, id est inordinato affectu tractant mortalia, utpote temporalia, quae ad laicorum spectant officia, & sic cum symoniaca negotiatione & delicata ingluuie ex domo dei faciunt speluncam latronum & stabulum porcorum.

Sopho. 3.
Mala. 1.
Mala. 2

Gre. 1. morz.
Di. 49. i. sum

Pro. 15
10. q. 1. quia.

4. Bir. 78

3. Birg. 10

4. Birg. 33. &
lib. 6. c. 66

Rod. spe. hu
vi. li. 2. c. 12

6. memb.
Birg. c. 21. 115

Th. 22. q. 10
87. ar. 7

Mat. 5. luc. 11

8. ca. 7. §. 1.
8. c. 19. §. 5 &

J. c. 28. §. 5

Luc. 4
Grego. in
paso.

Mat. 8

Mat. 21

Mar. 11.

Luc. 19

DE PRAELATORVM VITA VITIOSA.

- X § Prælati deniq; spirituales paupertatem reiicientes, splendidas diuitias accumulare nitunt, vt apud mundum adipiscant honorem, apud deum con-
 fusionem inuenturi. Aliqui autem se excusant, quasi temporalibus indigeant bonis, quibus se aduersus rebelles muniât. Contra quos Ioachim inuehit, dicens: Prælati in suis aduersitatibus non ad arma, sed ad Christum recurrere debent, qui eos liberaret ab omnibus tribulationibus. Columba suo volatu non formidat volatū aquilæ vel accipitris: sic ecclesia, si ad Christum recurrit, raptoris insultum minime formidabile habebit. Ecce quantis temporalium vanitatibus modo prælati & sacerdotes laborant, natant super vacuitatibus, in comestationibus, cubilibus & impudicitijs, in contentione & æmulatione ambulât. Et postquam suos ventres impleuerint, æstimant se deo placere, ac eleemosynâ insufficientem præstare, quando ex mensis suis fragmenta, seu reliquias, quæ porcis vel canibus debent, distribuunt pauperibus. Quamuis talia Christus nõ damnet, præcipit tamen sua membra decentioribus foueri, vt pote frangi panem esurienti, & se de substantia dantis honorari: pauperibus quoq; dari de primitijs omnium frugum. Maledictus est em̄ dolosus qui debile immolat domino.
- XI § Ob prælatorum profectio cupiditatem ecclesia percussa est, vt vidua, & facta est sub tributo, quia principes eius facti sunt velut arietes, non inuenientes, neq; quaritantes pascua spiritualia. Ideo in eos fertur sententia maledictionis, vt infra patebit. Aliâ præterea contra eosdem cupidos prælatos deus p̄ Prophetam terribilē fert sententiã. Inquit em̄: Væ pastoribus Israhel, qui pascebât semetipsos nõnne greges, id est, subditi à pastoribus sunt pascedi? lac, id est, temporalia, quæ vobis lactea sunt, comedebatis, & lanis, id est, mollibus operiebamini, & quod crasum erat, occidebatis. Nam pastores pro sua cõcupiscentia multoties oues suas ad pctã trahūt: item quod infirmū fuit, prout est imperitū vulgus, nõ consolidastis, & quod ægrotū, id est, peccatis sauciātū erat, nõ sanastis, scilicet cū doctrina salutaris: & quod cõfractum est, id est, pplexum, nõ obligastis, & quod abiectū, id est, erroneum est, nõ reduxistis, & quod perierat, puto p̄ desperationem, vel nimiam præsumptionem, nõ quaesistis, sed cū austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod nõ esset pastor: propterea vos pastores audite verbum dñi, hæc dicit dñs deus: Ecce ego ipse sup pastores, requirã gregem meū de manu eorum, & cessare faciã, vt ultra nõ pascāt gregem meū, nec pascāt amplius pastores semetipsos. Ad idem dñs in Hieremïa: Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerūt eos, feceruntq; voraginem in montibus. Vnde dñs apud Catharinã Senen̄, inquit: Pastores inutiles nõ arcēt lupos ab ouibus, quia non habent canem conscientie, neq; baculum iustitie: ideo oues in prato salutis non pascunt, neq; in viam veritatis adigunt.
- XII § Et nõ solum egenos negligūt prælati (vt p̄missum est) sed etiã quominus à delictijs retrahant, eisdē egenis sæpe iniuriant. Nã simplicibus subditis in humeros onera grauiã & importabilia frequēter imponūt, quæ ijdem prælati ne digito quidem tangūt: si quidem pro leuib; causis aliquñ minorē, aliquñ maiorē cudunt excõicationem, suspensionē, interdicitū, aliasve censuras, quibus à miseris suis ouibus pecuniarias pœnas extorquēt in suã perniciē, ac in vilipendiū ecclesiasticæ discipline. Vnde Christus apud Birgittã dicit: Gladius ecclesiæ meæ abiectus est, & pro eo assumptus est saccus pecuniæ, ideo sentient iustitiam meam.
- XIII § Cæterum nonnulli prælati & pastores credunt se bona ecclesiastica vel à miseris subditis exactionata licite posse expendere in ædificia voluntaria, magis ad pompam, quàm ad necessitatem opportuna, in structuras autem ecclesiarum & dorum ruinam minantium nihil vel parum impendunt. De quibus dicitur: Sacerdotes recipiunt pecuniam sanctorum in templum illatam, sed non instaurant facta tecta templi. Contra illos Ioachim prorumpit in hæc verba. Nimirum si cleri domitor mittatur de celo, quia omnia mala veniunt ob culpam cleri: nam populus Christianus ecclesias dotauit in pauperum alimentum, cultusq; diuini augmentum, non in constructiones arcium vel castrorum, non in cumulandas diuitias, aut ditandos propinquos, Christus se obtulit occisoribus, & tu de

Ioachim ab
bas

Roma. 13

Prover. 3
Malach. 1

Thren. 1

Ezech. 34
Rodor. spe.
hu. vi. li. 2. c.
20. pulchre.

Hiere. 50

Sen. eo. §. 5
De cane pa-
storali.
Cath. Senen.
c. 129.

Lucæ. 11.
Matth. 23

Rod. ibi. §.
1. Bir. 56

4. Regū. 12
Ioachim in
li. cõcordie

§. c. 20. §. 12
& j. co. §. 14
& j. c. 31. §. 12
§. c. 20. §. 5.
& j. c. 39. §. 6

§. c. 20. §. 9
j. c. 50. i. pri.

j. c. 22. §. 8.
§. c. 14. §. 9.
& j. c. 25. §. 11

j. c. 38. §. 7
j. c. 42. §. 2

j. c. 27. §. 9

§. c. 19. §. 15.
& j. c. 39. §. 4

§. c. 20. §. 14
& j. c. 23. §. 6
j. c. 41. §. 1

§. ca. 19. §. 2
& j. c. 23. in
fine.

§. c. 20. §. 4
& j. cap. 27
§. 7

j. c. 31. §. 14

§. c. 15. §. 30

§. c. 14. §. 5.
& j. c. 38. in
fine

& tu de pretio sanguinis eius extruis roborias ad bellandū. Christus in infimo p̄se pio iacere voluit, tu in altis sedibus & turribus delectaris. Hinc p̄ Prophetā dicit: dñs: Isti ædificabūt, & ego destruā, & vocabunt termini impietatis.

XIII § Mali itaq; pastores sunt vermes corrodetes radicem arboris ecclesiasticæ in proximo casuræ in fine, scilicet quinti status, utpote in gemitu n̄si iam t̄pis. Ex quo em̄ apud nos iam dudū corrupta est euāgelica & ecclesiastica vita necesse erit, vt tandem nostra ecclesia, scilicet quoad dignitatem ecclesiasticam, æque cadat. Quod cœlestis aquila prophetauit, dicēs: Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terrā. Sup̄ quæ verba Vbertinus ait: Quis dubitat quin illa comminata ad nostrā iam t̄pareferant. Saluator quoq; prædixit, stellæ, id est, prælatos, è cœlo casuros. Et Esaias inquit: Stellæ cœli non expandent lumen suum. Quippe cauda draconis trahit tertiā partem stellæ, & mittit eas in terrā. Obtenebrant quidem stellæ caliginē eius. Proinde pastores ceu ministri dei, angeli nuncupant, vt late exponitur apud Catharinam Senensem, cui vltterius dicit dominus: Patiētia mea sustinet sacerdotes, qui nisi se correxerint, vniuersæ gratiæ eis concessæ redundabunt in iudicium in confusionem sui, qui veluti ob̄tinati dæmones meā contemnunt misericordiā. Et infra: O sacerdotes, non attendis quod securis iustitiæ diuinæ iam ad radicem arboris vitæ tuæ posita sit, hoc autem apertissime noueris, quoniam iniquitates tuæ suo tempore & loco, tibi cū vsura compensabuntur, & grauius quàm cæteri punieris. Nempe pro te, & tuis subditis pœnam lues.

XV § Ex præmissis apparet, nobis vehementer esse payendum. Nam in prioribus ecclesiæ statibus clerici maxime prælati videbantur in ecclesia quasi in cœlo fulgens stella, quam Iohannes præuidit cecidisse in terrā, id est, in terrestrem cupiditatem, & data est ei clauis putei abyssi, id est, potestas aperiendi infernum profundum. Aperire ergo puteum abyssi in populo quinti status, est quando p̄gelati in vitia ruentes peruerso exemplo, & malo regimine soluunt frenum carnalis concupiscentiæ, tam in se quàm in suis subditis. Quod quidem frenum prioribus temporibus per dei timorem, & sanam disciplinam rigidum, verboq; & exemplo bene gubernatum erat, nunc autem relaxatum est atq; disruptum. Vnde apud Birgittam sancti clamant ad dominum. Nos (inquiunt) videmus populum innummerabilem in periculis, procellis perire, quoniam gubernatores auidi sunt, illis terris iugiter applicare volentes, vbi sibi ipsi maius lucrum existimant prouenire, illuc se & pupulum ducentes, vbi horribiles sunt iactus vndarum, nesciente populo securitatis portum, & ob hoc misere periclitatur populus infinitus, nimis p̄ucis venientibus ad bonum portum, qui esset aptus ad hyemandum. Ista enim non est tota animarum nostrarum nauigatio. Oremus igitur Deum, vt deducat nos in portum voluntatis suæ.

¶ De peruersione religiosorum & capitularium clericorum. Ca. XXII.

Eti omnes quondam Christiani propter humilitatis subitionem & Christianæ religionis obseruantiam vocabantur religiosi, quia nihil est quod ita nequeat occasui subiacere, q̄ vera religio. Nā ipsa imperatores, reges, pontifices, ac alios sæpe humiliant, qui delicate nutriti, bonis t̄poralibus potentissimi, ad asperitatem vitæ strictamq; paupertatem p̄ religionis susceptionē commutati sunt. Et non solum suas possessiones & prædiā, sed etiā semetipsos domino consecrāt. Illi tamē hodie, qui approbatas religiones professi sunt, specialiter ac proprie religiosi censent, & ad regulariter viuendum astricti sunt. Equidē post primariā ecclesiæ institutionem ordinatus est status religiosorum, præsertim mendicantium, ad subleuamen curatoꝝ, qui circa temporalium administrationē & secularium occupationem impediti, in actibus spiritualibus auxilio indigēt religiosorum. Qui ad inducendū vitæ contemplatiuæ perfectionem, & ad obseruandum in specie primæ uī dei institutū, quo omnia sunt cōmunia, inceperunt in statu ecclesiæ quarto. Mendicantes vere, qui quasi perfectiores, nec in specie, nec in communi propria possident, inceperunt in initio status sexti, ad sustentandū, scilicet, ecclesiam, quæ in statu quinto ruinam minabatur.

Nam &

J.c.27. §.2.
& J.c.46. §.
& p̄rotu.
§.c.20 §.14
& J.c.25. §.1.
§.c.20. §.3. &
J.c.20. §.15. &
J.c.25. §.2.
J.c.40. §.4.
§.c.15. §.7.
& §.c.20. §.
& §.c.25. §.2.
§.c.27. §.5.
J.c.23. §.15.
§.c.4. §.3.
J.c.29. §.2.
§.c.14.
§.c.20. §.10 et
J.c.27. §.5.
J.c.23. §.15.
§.c.4. §.3.
J.c.29. §.2.
§.c.14.
§.c.14. §.14
& J. cap. 23.
§.15
J.c.34. §.8
§.c.19. §.8
§.c.19. §.14
& J.22. §.2.
in fi. & J. ca.
57. §.9
§.c.19. §.11
J.c.27. §.11
J.c.30. §.13
§.c.16. §.2
§.c.8 §.7 et
§.c.7. §.2
§.c.11. i. p̄t.
J.c.32. §.8
§.c.13. i. p̄t.

Malach. 1
4. Bir. 43
Apo. 9
Matth. 24
§.c.19 §.5
J.c.55. §.11
Esa. 19
Apo. 18
Io b. 3
Cath. Senē.
c.49 & c.28
& 129
Matth. 3
Luca. 3
Apo. 9
3. Bir. 5
Acto. 28
Psalm. 106
C. de sum. tri. l. inter. claras
12. q. 1. futu. ras
Dis. 1. ius natura
Tho. 22. q. 10. 88. ar. 7